

amplificabatur, ut intelligerent omnes, eum eum ipso esse, et quidem multo conjunctius quam fuisset cum Mose, cum sic eum alloqueretur è celo Matth. 17, 5: *Tu es filius meus charissimus, quo unice delector*. Quamvis enim divini gloriâ ex æquo cum Patre abundasset Ille ab æterno, ante conditum orbem, tamen oportebat eam gloriam nostrâ etiam causâ patetieri, ut ipsius imperio atque præceptis essemus obsequentiores, ut de nostro Josuâ quo-

CAPUT IV.

1. Quibus transgressis dixit Dominus ad Josue:

2. Elige duodecim viros, singulos per singulas tribus:

3. Et præcipe eis ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum ubi fixeritis hæc nocte tentoria.

4. Vocavitque Josue duodecim viros quos elegerat de filiis Israel, singulos de singulis tribubus,

5. Et ait ad eos: Ille ante arcam Domini Dei vestri ad Jordanis medium, et portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, juxta numerum filiorum Israel,

6. Ut sit signum inter vos. Et quando interrogaverint vos filii vestri cras dicentes: Quid sibi volunt isti lapides?

7. Respondebitis eis: Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini cum transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel usque in æternum.

8. Feecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Josue, portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides, ut Dominus ei imperâret, juxta numerum filiorum Israel, usque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos.

9. Alios quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis; et sunt ibi usque in presentem diem.

que diximus. Itaque per ejus arcæ præsentiam, in quâ habitabat tota divinitas corporaliter, consecratâ deinceps aquæ, aditum cuius ad promissam illam cœlestem hæreditatem dederunt, quem modò Jesu imperio parentem, trahere illuc non pigeret. Sed hæc hæctenus. Facile enim erit piis philosophis ab his rudimentis profectis commentari meditarique prolixè cætera eodem pertinencia.

CHAPITRE IV.

1. Après qu'ils furent passés, on exécuta ce que le Seigneur avait dit à Josué en ces termes:

2. Choisissez douze hommes, un de chaque tribu;

3. Et ordonnez-leur d'emporter du milieu du lit du Jourdain, où les pieds des prêtres se sont arrêtés, douze pierres très-dures, que vous mettrez dans le camp, au lieu où vous aurez dressé vos tentes cette nuit.

4. Josué appela donc douze hommes qu'il avait choisis d'entre les enfants d'Israël, un de chaque tribu;

5. Et il leur dit: *J'ai défendu au peuple d'approcher de l'arche; pour vous néanmoins, allez devant l'arche du Seigneur votre Dieu au milieu du Jourdain, et que chacun de vous emporte de là une pierre sur ses épaules, selon le nombre des enfants d'Israël,*

6. Afin qu'elles servent de signe et de monument parmi vous. Et, un jour, quand vos enfants vous demanderont: Que veulent dire ces pierres?

7. Vous leur répondrez: Les eaux du Jourdain se sont séchées devant l'arche de l'alliance du Seigneur, lorsqu'elle passait au travers de ce fleuve: c'est pourquoi ces pierres ont été mises en ce lieu, pour servir aux enfants d'Israël d'un monument éternel, qui leur rappelle le souvenir de cette merveille que Dieu a faite en leur faveur.

8. Les enfants d'Israël firent donc ce que Josué leur avait ordonné. Ils prirent du milieu du lit du Jourdain douze pierres, selon le nombre des enfants d'Israël, comme le Seigneur le lui avait commandé, et les portant jusqu'au lieu où ils campèrent, ils les y posèrent.

9. Josué mit aussi douze autres pierres au milieu du lit du Jourdain, où les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance s'étaient arrêtés, et elles y sont demeurées jusqu'à aujourd'hui.

10. Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Jordanis medio, donec omnia complerentur quæ Josue ut loqueretur populum præceperat Dominus et dixerat ei Moyses. Festinavitque populus, et transitit.

11. Cumque transissent omnes, transivit et arca Domini. Sacerdotesque pergebant ante populum.

12. Filii quoque Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse armati præcedebant filios Israel, sicut eis præceperat Moyses;

13. Et quadraginta pugnatorum millia, per turmas et cuneos, incedebant per plana atque campestria urbis Jericho.

14. In die illo magnificavit Dominus Josue coram omni Israel, ut timerent eum sicut timebant Moysen dum adviveret.

15. Dixitque ad eum:

16. Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis ut ascendant de Jordane.

17. Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Jordane.

18. Cumque ascendissent portantes arcam fœderis Domini, et siccam humum calcare cœpissent, reversæ sunt aquæ in alveum suum, et fluebant sicut ante consueverant.

19. Populus autem ascendit de Jordane decimo die mensis primi, et castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam urbis Jericho.

20. Duodecim quoque lapides quos de Jordanis alveo sumpserant posuit Josue in Galgalis,

21. Et dixit ad filios Israel: Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, et dixerint eis: Quid sibi volunt lapides isti?

22. Docebitis eos, atque dicetis: Per arenam alveum transivit Israel Jordanem istum,

23. Sicante Domino Deo vestro aquas

40. Or les prêtres qui portaient l'arche se tenaient au milieu du Jourdain jusqu'à ce que tout ce que le Seigneur avait commandé à Josué de dire au peuple, et que Moïse lui avait dit, fût accompli; et le peuple, effrayé de voir ces eaux suspendues, se hâta et passa le fleuve le plus vite qu'il lui fût possible.

41. Et après que tous furent passés, l'arche du Seigneur passa aussi, et les prêtres du Seigneur allèrent se mettre devant le peuple.

42. Les plus braves d'entre les enfants de Ruben et de Gad et ceux de la demi-tribu de Manassé allaient aussi en armes devant les enfants d'Israël, selon que Moïse le leur avait ordonné;

43. Et ces braves, au nombre de quarante mille combattants, marchaient sous leurs enseignes en diverses bandes, et les prêtres de la plaine et des terres dépendantes de la ville de Jéricho.

44. En ce jour-là le Seigneur éleva beaucoup Josué devant tout Israël, afin qu'ils le respectassent comme ils avaient respecté Moïse pendant qu'il vivait.

45. Et le Seigneur avait dit à Josué: *Quand tout le peuple aura passé,*

46. Ordonnez aux prêtres qui portent l'arche de l'alliance de sortir du Jourdain.

47. Josué leur donna donc cet ordre, leur disant: *Sortez du Jourdain dès que tout le peuple sera passé.*

48. Et les prêtres qui portaient l'arche de l'alliance du Seigneur étant sortis du fleuve, et ayant commencé de marcher sur la terre sèche, les eaux du Jourdain revinrent dans leur lit, et coulèrent comme auparavant.

49. Or, le peuple sortit du Jourdain le dixième jour du premier mois, et ils campèrent à Galgala, vers le côté de l'orient de la ville de Jéricho.

50. Josué mit aussi à Galgala les douze pierres qui avaient été prises du fond du Jourdain;

51. Et il dit aux enfants d'Israël: *Quand vos enfants interrogeront un jour leurs pères, et leur diront: Que signifient ces pierres?*

52. Vous le leur apprendrez, et vous leur direz: *Israël a passé à pied sec au travers du lit du Jourdain,*

53. Le Seigneur votre Dieu en ayant séché

ejus in conspectu vestro donec transieritis.

24. Sicut fecerat prius in mari Rubro, quod sicavit donec transiremus;

25. Ut discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, ut et vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

les eaux devant vous jusqu'à ce que vous soyez passés.

24. Comme il avait fait auparavant en la mer Rouge, dont il sécha les eaux jusqu'à ce que nous fussions passés;

25. Afin que tous les peuples de la terre reconnaissent la main toute-puissante du Seigneur, et que vous appreniez vous-même à craindre en tout temps le Seigneur votre Dieu.

TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Jamque absolverant omnis gens trajectionem Jordanis. Dixerat autem Dominus ad Josuam, iniquis: — 2. Legite vobis à populo viros duodecim, ex unaquaque tribu singulos. — 5. Et imperate ipsis, dicendo: Tollite vobis hinc ex Jordanis alveo, ex statione pedum sacerdotum parantium, lapides duodecim, et eos transferite vobiscum, atque reponite eos in diversorio eo, in quo nocte diversabimini. — 4. Igitur Josua vocavit duodecim viros, quos paraverat ex filiis Israel, singulos ex unaquaque tribu. — 5. Et ait eis Josua: Procedite ante arcam Domini Dei vestri, intrò in Jordanem, et sustollite vobis unusquisque lapidem unum in humerum suum, pro numero tribuum filiorum Israelis. — 6. Ut sit hoc signum apud vos. Quando interrogabunt filii vestri cras, dicendo: Quid vobis isti lapides? — 7. Dicitis illis: Quia excisæ sunt aquæ Jordanis, propter arcam fœderis Domini, dum transiit illa per Jordānem, defecerunt aquæ Jordanis. Et isti lapides erant pro monumento filiis Israel usque in seculum. — 8. Itaque filii Israelis fecerunt, ut jussert Josua; et tulerunt duodecim lapides à Jordane, sicut fuerat locutus Dominus ad Josuam, pro numero tribuum filiorum Israel, et traduxerunt illos secum ad diversorium. — 9. Duodecim insuper lapides statuit Josua intra Jordanem in loco stationis pedum sacerdotum sustentantium arcam fœdere, et fuerunt illi usque ad hunc diem. — 10. Cæterum sacerdotes sustentantes arcam stabant intus, in Jordane, donec finita esset omnis res, quam jussert Dominus Josuam ad populum loqui, secundum ea omnia que præceperat Moses Josuæ; populus verò festinaverant, et transierant. — 11. Cùmque abisset omnis populus trajectionem, transiit et arca Domini, et sacerdotes ante populum. — 12. Transierant etiam Rubenitæ et Gaditæ, atque dimidia tribus Manassis armis succincti ante filios Israel, sicut fuerat ad ipsos locutus Moses. — 13. Circiter quadragies mille succincti militari more transierant ante Dominum, ad bellum, versus campos Jericho. — 14. Illo die amplificavit Dominus Josuam in oculis universi Israelis, et reveriti sunt eum, sicut reveriti fuerant Mosem, omnibus diebus vitæ ipsius. — 15. Dixerat enim Dominus ad Josuam, iniquis: — 16. Jube sacerdotibus bajulis arce testimonii, ut ascendat à Jordane. — 17. Mandaveratque Josua sacerdotibus, dicens: Ascendite extra Jordanem. — 18. Et acciderat, ut ascendentibus sacerdotibus bajulis arce fœderis Domini extra Jordanem, simul extraherentur plantæ pedum sacerdotum in sicum, et revertèrentur aquæ Jordanis in locum suum; irentque ut heri et nudus tertus, per omnes ripas illius. — 19. Porrò populus ascendebat ab Jordane, decimo mensis primi, et castra faciebat in Galgalis, in eâ parte que Jerichuntis est ad orientem. — 20. Statuitque Josua in Galgalis duodecim lapides illos, quos sumpserat à Jordane. — 21. Et ait ad filios Israel, dicens: Quando interrogabunt filii vestri cras patres suos, dicentes: Quid isti lapides? — 22. Erudietis filios vestros, dicentes: Per sicum transiit Israel Jordanem istum. — 23. Quia excisaverat Dominus Deus vester aquas Jordanis vestræ causâ, donec trajecissetis, sicut fecerat Dominus Deus vester mari Rubro, quod nostrâ causâ excisaverat, donec transmissemus. — 24. Ut agnoscerent omnes populi terræ, manum Domini, quòd valida sit, quo timeatis Dominum Deum vestrum, omnibus diebus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1, 2, 5. — JAMQUE ABSOLVERANT OMNIS GENS TRAJECTUM JORDANIS, etc. Hoc capite commemorantur ea, quæ post trajectionem, cùm apud Jordanem, tùm in Galgalis, ubi castra sunt posita, gererantur uno illo ferè die. Et

primò quidem de sublatiis è fluminis alveo duodecim saxis agitur, quæ rem mirabiliter actum æternæ memoriæ mandarent. Mox de aliis 12 quæ in illorum locum in ipso alveo sunt posita. Deinde sacerdotum exitus è Jordane, et

aquarum ad suam naturam reditus describitur, et interim in totam narrationem confunduntur ea, quibus imperator populi animos religione atque pietate adversus Deum perfundere laborat. Jam verò ne monumentum illud 12 lapidum in Galgalis ponendorum, quasi inani quâdam superstitione, aut gloriæ ambitu constitutum ab imperatore videri possit, exponitur initio, ejus rei agendæ auctorem fuisse Deum, ut qui Josuæ, cùm cum cætera, quæ ad trajectum attinebant, edoceret, id simul in mandatis dederit. Existimandum est igitur, cùm imperator trajiciendi rationem modumque populo explicasset, atque hoc animo de lapidibus consilium Dei exposuisset, detectos illic esse viros duodecim, à suis quemque tribubus, simul imperatore approbante, qui hæc munus exsequerentur, cùm jussi ab imperatore essent, cujus deberent nutum ad eam rem expectare atque observare. Cur autem suos cuique tribui lapis statueretur, non est obscurum; suam enim quamque tribum statuere trophæum de superato mirabiliter flumine erat utile, et unaquaque ad suos posteriores rei memoriâ tantò certius posset propagare. Ad hoc, erat illud monumentum, quasi scriptura quadam, quæ tribus omnes et singulæ hæredes terræ Chananeæ scribebantur à Deo, aut, si navis, singuli lapides tanquàm divinæ illiusmodi scripturæ sigilla. Quæ ratione Moses quoque, cùm sacras leges divinitus in monte Sinai accepisset, conscriptasque jam populo recitaret, atque imponeret, duodecim statuebat saxa, quibus scilicet, quasi sigillis, tribus singule leges illas obsignabant, comprobabant, sanciebant et tanquàm jurabant in ipsis. Quoniam enim duabus tribubus et dimidiæ sua hæreditas obvenisset citra Jordanem, tamen sicut eandem unam omnium tribuum communis manebat religio, ita et hæreditatis quoque communicatio atque societas minimè per interlabentem fluvium interrupta censeri debebat. Quis enim unquam existimavit, illas tribus promissionum divinarum fructu prorsus caruisse, quæ promissiones Chananeæ hæreditatem electo populo pollicebantur? Sed an Galaditis ad Chananeam pertinuerit, et actum supra paucis est, et copiosius disputabitur à nobis alio loco.

PORRÒ בַּיּוֹם, statio, hoc est, locus, in quo stant pedes sacerdotum, vocatur procul dubio hic, non ipsa vestigia, quibus sacerdotes instabant; credibile est enim eos magnâ religione se non movisse loco, ut semel fixissent

pedes, usque diu efferre arcam jussi essent, ne proximè impendens cervicibus aquarum illa ingens moles moveretur etiam ipsa. Ad hoc, vidèbimus mox imperatorem alia saxa in eorum, quæ ablata fuerant, loca supponentem; quæ sanè sacerdotum plantis subjicere non potuit, nisi scrupos potius quàm saxa fuisse potemus. Stationem ergo pedum sacerdotum vocat sacra narratio, non quem locum pedes illorum circumscribebant vestigiis, sed propinquum, intra alveum fluminis tamen.

VERS. 4. — IGITUR JOSUA VOCAVIT DUODECIM VIROS, QUOS PARAVÉRAT, etc. Hic luculenter appareat verbi illius, בָּרָא, de quo nuper multa, notatio. Significat enim, non fingere, aut fingi, sed parare. Paraverat autem eos duodecim viros imperator, quia paratos adesse jussert ad suum nutum, ut diximus, cùm eos tribus ipsi designasset, vel quia eas designationes ipse approbasset, et quodammodo unâ designasse videri poterat. Jam, ut diximus, emensi erant omnes flumen, evaserantque in oppositam ripam, hoc est, in Chananeam, præter bajulos arce, cùm imperator, memor jussorum Dei, istis viris mandat, ut redentes in alveum apud arcam, quosque lapidem sustollat in humeros, atque inde asportet. Hæret igitur iste quantum versuculus narrationis filo, cum primo; secutus verò tertiusque parenthesis sunt; quod à R. Davide Kimchi quoque est annotatum. Epitheta illa: *Domini Dei vestri*, rusticus religionis causâ dicta sunt, ne rem non maxime seriâ agere se existiment delecti isti viri. Eodem spectat illa quoque clausula: *Pro numero tribuum filiorum Israel*. Intelligunt enim se republicæ totius munere fungi, in quo sacrum aliquid mysterium versetur. Piget me profectò referre Talmudicorum nugas, de lapidum istorum magnitudine, quos Rabbinos quosdam suos esse dimensos fabulantur, eo libro quem מַדְרֵשׁ בְּרַשִׁית vocant. Quid enim hoc aliud est quàm in rebus seriis pueriliter ludere? Illud certum est, non majores eos fuisse, quàm quos viri singuli asportare inde ad Galgalis usque possent.

VERS. 6. — UT SIT HOC SIGNUM APUD VOS, QUANDO INTERROGABUNT, etc. Explicatur jam quæ fuerit asportandorum, atque in Galgalis ponendorum lapidum causa, sed paucis, atque præcisè, prolixè potissimum ad duodecim viros modò, quippe utrumque plenius in hujus capitis extremo. Sed lubet admirari hoc loco immensam Dei erga humanum genus benignitatem, qui cum nostræ nos salutis, quæ

in ipso agnoscendo, amando, colendo tota est posita, plurimis quotidie, maximisque beneficiis admonet, atque ad se animos nostras revocat, adeo ut nisi essemus mente obstitatissima, atque in carnis nostrae voluptatibus affirmatissima, nunquam alio cogitationes nostras averteremus; insuper etiam adminicula commonstrat ultrò, quae praerclarissima quaeque sua in nos beneficia, nobis ne negligentissimis quidem excidere patiantur. Erat profecto tam insignis hoc transactionis beneficium, quo perpetuam naturae legem perfrugerat, ut populo suo commoditatem crearet, ut merito absque aspectabilibus monumentis, ad sempiternam posteritatis memoriam grato animo propagari deberet; verum ille conscius suis, humane incuria quae recordiae, jubet rem tantam duodecim notari saxis, quorum quotidianus aspectus ab oblivione eam vindicaret saltem. Sic pro memorabilissimo illo fœdere recordando cogitandoque, quod post orbem submersum, cum humani generis reliquiis inibat jam tum placatior, arcum suum in nubibus observare jussit. Monumentum sacrosanctae pactionis, quam cum Abrahamo fecit, circumcisionem esse voluit. Liberationis aegyptiacae ne quando Israelitas caperet oblitio, sacrum Pascha instituit *ἡμετέριον*.

Sed ne vetera persequar (sunt enim plurima), ab eadem causâ esse profecta existimanda est, quae sacrosancta, atque amabilissima nostra mater Ecclesia nobis proposuit, sive in anniversariis festis, sive in imaginibus et statuis, atque simulacris Christi Jesu, et reliquorum sancti simorum hominum monumentis. Nempè ut quae ille salutis nostrae gratia et fecit, et passus est, ea assiduo et grato animo recolentes, ipsius amore inflammemur magis magisque, et tanquam unicum salutis nostrae auctorem adoremus. Quae verò divorum quisque per virtutem, et in Christum fidem patriavit observantes, ad eorum exemplum vitam nostram instituant componamusque. Quapropter in nefario crimine ponendum ego certe existimo, quòd quidam ista sacrarum rerum monumenta, non religiose, sed rabiòse, non pie sanctèque, sed petulantè et protervè è sacris aedibus non removeant modò, sed cum contumelia et ludibrio eiciunt. Quod facinus, quanta in moribus licentia, in Deum impletas, adversus magistratum rebellio, et, ut semel dicam, in omni genere deformatio reipublicae consequatur, non solum ipsa experientia acerbum et triste, sed cogitatione etiam luctuosum

est piis, et antiquae probitatis hominibus. Sed est illicò in ore Ezechias à pietate atque religione laudatus rex, qui aeneum serpentem, à Mose divino conflatum consilio, confrigit. Atqui id ille faciebat, ut sacra narrat historia, quia Israelitae ei serpenti adolebant, habito ritu, proque Deo eum colebant, quem Nebustan, quasi aeneum Deum dicas, nominatim compellabant; at idem ille à Mose ipso, à Josua, à Davide, ab aliis sanctissimis imperatoribus et principibus viris, non contractus, sed conservatus fuerat. Quare similiter id cautum potius etiam nunc, per sacras conciones admonitionesque oportuit, ne bene, et pro republicae salute constitutis rebus, pauci quidam male uterentur, quam in commune omnibus tam commoda pietatis adminicula, tantà cum petulantia, nullà auctoritate bonâ, ire ereptum. Sed revocanda est oratio ad institutum.

Particulam *ו* interpretatur sum, quando, quod etiam Septuaginta fecerunt. Posset tamen aequè commodè accipi, ut causam ostendat ponendi monumenti, quo sensu esset retinenda exprimendaque conjunctio, quae in proximi versùs initio est scripta. Nam ea aliqui, ut supervacanea, potest omni *ו*. Adverbiùm *cras*, ut hoc loco, ita alibi saepe, omne tempus quod futurum est, significat Hebraeis *מחר*, q. d.: Quodcumque posteris temporibus interrogaturi sunt qui è vobis nascentur.

VERS. 7. — ET DICETIS ILLIS, QUIA DEFECERUNT AQVAE JORDANIS, etc. Haec doctrinae ratio, quae praerclara Dei opera parentes inculeant filiis, legumque et constitutionum, atque caeremoniarum sacrarum rationes ipsis exponant, atque explicant, tam crebrò in sacris litteris jussà legitur, ut locos indicasse nullam sit operæ pretium. Nimirum cum nihil mortalibus debeat esse antiquius verà religione, quae sola ad immortalitatem aditum dare potest, et beatos efficere, nulla potest à parentibus haereditas potior utiliorque liberis relinqui, quam si ipsos probâ religione ac pietate adversus Deum informari, sanctisque colendi nominis ritibus institui curent. Ut neque contra, ullius rei melioris exhaeredes facere filios suos, aut ipsos negligere perniciosius illi possunt, quam si istarum rerum expertes educari sinant. Observanda est autem hoc loco sanctissima Josuae pietas, dum gratissimum animum suum, in Dei majestate, simul et beneficentiâ, qui sua praesentia flumen exsicaverat, ita deflexum habet, ut iterum iterumque repetitis verbis

rem tantam commemorando, magnâ suavitate recordationis perfundi, seque vix satiare posse videatur. Quare non satis rectè, ut à Septuaginta, ita et latino verborum repetitio, tanquam *ἡμετέριον* non est representata, sed silentio dissimulata. Quòd porrò lapides dicuntur non inimentum fore Israelitis, usque in seculum, significat eam tam insignis beneficii Dei, quo patres affecerat, propagationem ad omnem posteritatem, usque in seculum, esse veluti vinculum quoddam, quo universum Israelis genus, quotquot per omnes futuras aetates essent nascituri, conjunctos se atque consociatos esse beneficentiarum Dei communiōne intelligere possent, atque ad numerum filiorum Dei, quos ille semel gratitùd benignitate adoptasset, se pertinere. Rectè ergo Augustinus monet, illud, *usque in seculum*, aut, ut ipse ex Septuag. convertit, usque in aeternum, ad rem per lapides significatam pertinere, cum ipsi aeterni non essent. Quamvis certò *etiam* Hebraeis non semper aeternum est, ut neque Graecis *ἀεὶ*, sed saepe seculum, atque etiam temporis spatium seculo brevius significat.

VERS. 8. — ET AQVAE FILII ISRAEL FECERUNT ET STYACEDOENI, duodecim illi viri, ad ferenda duodecim saxa delecti, quia suam quisque tribum, à qua fuerat designatus, representabat, ac profunde simit omnes, populum universum, quem filios Israel solent sacrae litterae nominare. Sed cur septuag. Interpretes illam sacrarum verborum comprehensionem: *Pro numero tribuum filiorum Israel*, sic redderent: *Ἐκ τῶν συντάξεων τῶν δεκάτοων; τῶν δέκα ἰσραηλῶν*, hoc est, *quia absolventur trajectum filii Israel*, ego certè causam justam nullam videre possum. Nam ut demus, ipsam trajectionem, veluti recensionem quandam populi fuisse, atque pro verbo, *ἔδωκεν*, quòd aliqui numerum significat, illos reddidisse *ἔδωκεν*, trajectionem, certè Deus ista non mandavit imperatori, postquam absolvisset, sed priusquam auspiciati essent Israelitae trajectum.

Sed referunt, dices, illi interpretes cum verborum ambitum, non ad id tempus, quo Deus mandata illa Josuae dederat, sed quo viri ea conficiebant; conficiebant autem peracto trajecto. Atqui inperitum, versu 5 scilicet, rectè converterant, *κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν φυλῶν τοῦ ἰσραηλ*, eadem prorsus verba; quae ergo erat ratio, cur nunc ea sensu tam diverso interpretarentur, quae minime sunt ambigua? Sed ego existimo, quòd semel dictum fuerat, neque

aliqui magnoperè dictu necessarium videbatur, cum res ipsa per se satis esset perspicua, id ab illis interpretibus hoc loco esse praeteritum, et pro eo aliud redditum, quòd narrationem faceret dilucidiorè, nempè, tum demum sublatos asportatosque à viris esse à Jordane duodecim lapides, cum universa multitudo trajectionem absolvisset. Ego verò de his prolixius jam disserui, quam instituta ratio mea postulabat; sed volebam ostendere, eos interpretes nonnquam certo consilio, non errore, aliud quam Hebraeum habet, reddidisse. Id enim compluribus in locis, ab illis esse factum, visus mihi sum animadvertere. Caeteram ad delecti illi, simul atque suum quisque lapidem in humeros sustulissent, depositum omnia ad Galgalâ properarint, quam R. David Kimhi opinionem habere videtur; an verò arca populi, suo quisque ordine locoque proscutim sint, quòd ego esse verisimilius potò, neque satis explicatum est, neque scire magnoperè refert. Sed imperatorem saxa in Galgalis spectabili situ statuisse, et veluti dedicasse, id verò ad versiculum vicissim ostendendum.

VERS. 9. — DUODECIM ITEM LAPIDES STATUIT JOSUA ISTRA JORDANIS, etc. Quin à Deo mandatum istud habuerit imperator, equidem dubitare non debere, arbitror, cum in rebus omnibus ab ore Eleazaris pontificis, tanquam interpretis et administri Dei, totus pendere semel jussus fuerit. Sed mirum profecto videri potest, quorsum isti in fluminis fundo lapides! Scitè quidem, ut videtur, Augustinus, sepultos illos per baptismum Jordanis, interpretatur, veteris esse legis Patriarchas; asportatos verò, atque in Galgalis servatos, legis novae Apostolos. Sed quando praeter anagogen, ipsa, quam sacra verba praesentia ferunt, historia quoque rationibus non absurdè conservanda est, equidem existimo notatum istis saxis esse, tanquam aeterno monumento, locum, in quo insistentes sacra arca, inundantem rapidumque animum suâ praesentia interruptit. Instituisse autem eam in extremâ alvei ora, diximus supra. Itaque in eâ extremitate, quae raro, nisi inundante flumine, aquis obruebatur, saxa illa plurimâ anni parte fuisse aspectabilia. Nam cum illud flumen altius quam latius fluat, quòd referunt oculati testes, quis existimet vel in medio lapides illos fuisse positos alveo, ubi nunquam apparet, vel tam fuisse magnos, ut supra profundissimi fluminis aquas arguerent. Neque enim penitus hatuisse, arguunt

est ille, qui subjicitur, verborum ambitus: *Et fuerant illic usque ad hunc diem*. Jam verò illud quàm est absurdum, quod tamen Judæis quibusdam placet, situ quidem ipso obscuros fuisse, sed famâ nobiles? Atqui quem admoneat monumentum quod appareat nunquam? aut quid omnino opus sit, si sola fama memoriam rei posteris abundè prodat? Porro illa verba: *Et fuerant illic usque ad hunc diem*, sic interpretatur quidem divus Augustinus, quasi id modò significant, eo esse proposito à Josuâ collocatos in flumine lapides illos, ut perpetuò nobili manerent. Sed ille ea verba Josuæ esse existimat, qui sua ipse gesta conscripserit, quod est profectò longè secus. Quis enim eum audire posset, qui cum aliquod monumentum stateret, simulque ejus memoriam litteris consignaret, diceret id suo statu mansisse usque ad eum diem, quo staturisset? Sed sunt ista à nobis aliis locis disputata.

VERS. 10. — CÆTERUM SACERDOTES SUSTINETES ARCAM STABANT INTUS IN JORDANE, etc. Quæ jussit Deus imperatorem loqui ad populum, ea erant, inquit Rabbi David Kimhi, quæ ad his duodecim lapides, alteros asportandos è fluminis alveo, alteros ibidem reponendos atinebant. In his autem jussis fuisse etiam, ut ad populum concionaretur de tanti beneficii memoriâ ad omnem posteritatem propaganda, est credibile. Nihil enim neque fecisse, neque locutum esse Josuam, divinum planè virum, existimo, nisi cœlesti afflatus Spiritu. Sed illa, quæ præceperat Moses Josuæ, cujusmodi tandem fuerint, non perinde facile explicatu esse videtur. Nusquam enim commemoratur est, Mosem verbum unum fecisse, Josuamque edocuisse, de trajectòs ratione, aut lapidum vel asportandorum vel ponendorum modo. Igitur idem ille R. David Kimhi, ea dici Mosis mandata existimat, quæ de statuendis duodecim saxis calce oblitis in monte Hebal, scripta sunt in Deuteronomio, nimirum nullo judicio secutus Talmudicorum errorem, qui in סִבְיָה, scriptum reliquerunt, ea omnia, quæ capite octavo hujus commentarii, post deletam urbem Hai, memorabuntur, acta esse hoc ipso trajectiōis die, qui fuit mensis nisan decimus. Verum hoc quàm sit, non modò absurdum, sed stultum, ostendemus suo loco. Neque verò est, quòd Kimhi excuset, quasi opinantem, sacerdotes non mansisse quidem usque eò intra alveum, dum longâ illâ ceremoniâ defunctus esset populus apud Hebal, sed donec eam verbis populo exposuisset imperator, cum illud,

עַד חֲסֵל הַדָּבָר, de rebus ipsis confectis, non de verbis, etiam Kimhi interpretatur, ut nos. Quare mihi probabilis videtur, nulla hic singularia Mosis jussa significari, sed ea monita, quibus ille Josuam sub extremum vitæ actum ad se vocatum erudiebat universò, ad morigerandum magnâ animi fortitudine præcènti Domino, qui se nunquam esset deserturus, ut hujusmodi sit istorum verborum sensus, Josuam fortiter executum esse ea omnia, in traducendo populo, quæ à præsentè Deo acceperat esse faciendâ; planè ut Moses eum magno esse animo jussisset, cum Deum esset habiturus in rebus omnibus monitorem, præmonstratorumque. Sed enim laudabamus supra sacerdotum fidem, qui amnem profundum, turbidum, rapidum tentare pedibus, solâ verbi Dei fiduciâ nisi, non dubitârunt. Ille verò prædicanda etiam proponitur illorum incredibilis patientia, cum æquissimo animo sustinent, non solum maximæ multitudinis diuinam trajectionem, verum etiam lapidum deinde tum expiendorum, tum subjiciendorum caremoniam, et insuper imperatoris conciones; neque vel evadendi unâ cum cæteris in Chananaam desiderio, neque impendentis suis cervicibus immense aquarum molis metu dimoventur ab officio.

Neque verò dubium est, quin præclarissimum sacerdotibus omnibus exemplum in istis sacræ arcæ bajulis statuere voluerit Spiritus sanctus, quantâ debeant patientiâ uti, ut omnium saluti consulant. Cujus etiam vel maximè insigne illud exemplum est, quòd optabat Paulus anathema esse, atque abalienari à Christo, pro suis fratribus. Quod sequitur in sacrorum verborum ordine: *Populus verò festinârunt, et transierant*, R. David Kimhi præcisè accipit de duodecim viris delectis. Opinatur enim ille, imperatorem cum istis mansisse cis flumen, tantisper dum cæteri omnes in Chananaam transivissent, ac tum demùm ipsis imperasse, ut in alveo progressi ad arcæ usque stationem, saxa inde tollerent, hocque ab eis prosperè festinantèrque esse factum. Sed populum universè dici, patefacit qui insequitur versiculus. Quare superiorem nostram sententiam tenendam censeo.

Festinârunt igitur omnes evadere è fluminis alveo, quamvis sicco, in continentem, quia verebatur pro se quisque, ne horrifcum illum aquarum montem à dextris exstantem non satis citò subterfugeret. Nam etsi fide transierent Jordanem, ut ante Rubrum mare, quod attestatur Apostolus ad Hebr. 11, 29, tamen

quàm solet mutare fides nostra, præsertim in manifestariis discriminibus, neminem esse opinor, qui in se ipse non sæpè experiatur. Et verò etiam Petrus, cum per fidem aquas Genesaræ calcaret, simul atque ventum flare vehementius animadvertebat, cepit hasitare et mergi. Properemus igitur etiam nos, fratres. Neque improbo aut diffidente animo abistamus ab eo, quod nobis noster Josua, sive Jesus Christus proposuit, itinere; sed exhortemur incitemusque nos mutuùm, dum durat dies hodiernus, quò patet via, tantisper videlicet dum nos expectat intra hujus mundi alveum area illa, in quâ habitat ipsa divinitas corporaliter, neque dum fluxa corporis nostri moles dilapsa dissolutaque nos à progressu aruit, festinemus, inquam, intrare in terram illam nobis promissam, terram felicem et beatam, quam Deus ipse suam vocat requiem, apud sacrum vatem, ad præsentem narrationem alludentem, ne dum obstinatè ad carnis nostræ ductum nos applicamus, prætermisissâ intrandi occasione, frustrati in posterum, concidamus per diffidentiam, ut Israelite olim; prostrati-que in horridâ illâ et tenebrosâ infernorum solitudine, perpetuò pereamus.

VERS. 11. — CUMQUE ABSOLVISSET OMNIS POPULUS TRAECTIONEM, etc. Videntur quidem ista in hanc sententiam dicta, sacerdotes cum arcâ juxta priorem illam ripam, è quâ flumen primò attingerant, adhuc institisse in fluminis alveo, nunc verò demùm per transversum evadere in Chananaam. Unde natum est Talmudicorum commentum, quod illo, quem nuper citabam, loco scriptum reliquerunt, cum jam universus populus transivisset in Chananaam, sacerdotes retulisse arcam in eam ipsam ripam è quâ primùm in aquas descenderant, cum proximè ad eam institissent, cùmque subito diffusâ aquarum illâ mole, quæ adhuc fuerat arcæ præsentâ cohibita, repletus fuisset alveus, tum demùm tranavisse, per interlabentes aquas, arcam in Chananaam, spectante ex adversâ ripâ populo, atque suos bajulos secum transvixisse, ut jam ipsa portaret à quibus fuisset nuper portata. Sed insulsum hoc commentum, etiam Kimhi exagitat. Nimirum isti homines quidvis potius comminiscuntur, quàm ut patiantur se non ineptos videri. Atqui arcam et sacerdotes transire ante populum, non est, flumen trajicere, sed eos, qui adhuc fixis vestigiis institerant, è fluminis alveo jam in continentem ascendere, atque in Chananaam transire. Sed illud, *ante populum*,

anceps est; commodè enim sic interpretetur, ut significet, arcam se demùm itineris ducem præbuisse, atque per expectantem apud transmissum flumen populum, ad principia penetravisse. Rursus non minis aptè, ut *ante populum*, sit, populo spectante, nimirum ut intelligamus, multitudinem populi oculis observasse atque notasse, aquas è vestigio cursu consueto fluere iterùm coepisse, cum ex alveo exportaretur arcâ. Id enim miraculi non minima pars erat, atque ad amplificationem gloriæ imperatoris mirificè erat utile, ut mox explicabimus. Nam illa Kimhi interpretatio, sacerdotes, et unâ arcam, qui ante populum, primique in alveum descenderant, ultimos excessisse, quamvis quod res est dicat, extorta tamen est, neque sacris verbis satis consentanea. Atque hic rursus probrorum antistitum munus quale sit, ostenditur: debent enim illi in procurandâ communi salute populi, et primos se atque antesignanos prestare, et stationem locumque suum non deserere, nisi à Deo jussi, alique vocati.

VERS. 12, 15. — TRANSIERANT ETIAM REBENITE, GABITEQUE, etc. Quæ ad hanc narrationem attingunt, ea sunt à nobis pertractata capite primo. Si quis tamen, aliter atque nos, existimare malit, istas duas tribus et dimidium in primâ acie fuisse, reliquamque multitudinem omnem procedendi ordine antevernisse, is verbum, וַיִּבְנוּ, reddat per præteritum perfectum, et transierant, sive processerunt Rubenite, etc. Illud verò, *ante Dominum*, interpretetur cum Chaldeo, *ante populum Domini*. Neque enim probabile est, illos proximè ante arcam incessisse. Ego tamen in meâ sententiâ maneo, atque hoc, *ante Dominum*, sive *coram Domino* (est enim hebraicè, לפני דָּוִד, ac si dicas, in conspectu Domini), planè eo sensu accipiendum arbitror, quo illud de Nemrod, *robustus venator coram Domino*, nimirum ut, *אֲזַרְעֵלָה*, insignis præstantia roboris, et militaris alacritatis illorum sociorum comendetur, aut, si id malis, spectabilis ordo aciesque instructissima, quâ illi procedebant notetur; quod Latinus sensisse videtur, cum d. ceret, *per turmas et caecos*. Neque enim aliquo, cuncorum, aut turmarum ulla est in sacris verbis notatio. Et in Regum historiâ Gabonite narratur, suspendisse septem Saulis nepotes in monte דָּוִד לפני דָּוִד, *coram Domino* quod profectò est, ac si dicatur, illustri loco, et excelso atque celebri. Porro quod nos convertimus, *campos*, est hebraicè עֲבֵדָה. De quo

verbo disserimus ad versiculum 16. Aquilas rursus, ut loci proprium nomen, non mutat. Symmachus verò, ut ante, solitudinem, hoc est, *וְהָרְבֵּי* convertit, sed absurdè profectò; neque enim ullus, opinor, locus totà Chanaanà erat amœnior Jerichontis agro, quamvis etiam tum aquas haberet insalubres. Cæterùm in planitie atque æquabili loco sitam fuisse eam urbem, diximus antè. Theodotion autem, cur pro campis redderet *πόλις, urbem*, nullam, opinor, justam causam ipse afferre potuisset.

VERS. 14. — *ILLO DIE MAGNUM FECIT DOMINUS JOSUAM IN OCULIS, etc.* Jam videmus, quæ causa Deo fuerit, ut Josue honorem amplificaret, nempe, ut eum honore cresceret auctoritas apud populum. Cùm enim Deus in gubernandis suis, atque ad ea quæ sint suo divino consilio consentanea, ipsis verò salutaria, dirigendis, hominum administratorum operâ utatur, pro admirabili suâ benignitate eos administros augustiores omnium existimatione reddit, quò his illi lubentius obsequantur, tanquam se melioribus, quibus aliqui suæ utilitatis gratiâ spontè morigerari, ut ad felicitatem decibus, deberent. Tanta enim recordia hominum mentibus insidet, ut pauci aliis hominibus, quantumvis justa, æqua, utilia, salutaria monumentis, parere animum faciliè inducant. Quare prudenter Cyrus censebat, non satis esse si imperatores reipsa essent parentibus meliores, sed debere insuper affectato cultu elegantiore, quasi præstigiis quibusdam, curare, ut augustiores viderentur. Sed sanè quovis cultu efficacior est sancta illa veneratio, quam illis divina conciliat occultè providentiâ.

Cæterum quantoperè interfuerit reipublicæ Israelitarum, ut Josua, cùm hoc miraculo, tum aliis deinceps rebus gestis, et imprimis arcana illa majestate, quâ ipsum allavit divina benignitas, tam esset universo populo venerabilis, perspicuè declarant res turbulentissimæ, et tempestates maximæ, quæ mox, ut ille è vitâ excessisset, sunt consecutæ. Ut in hujus sacri commentarii extremo audiemus. Quare summæ beneficentiæ loco amplecti populum debet, et tanquam ex singulari erga se Dei amore profectum existimare, si sibi contingat venerandus gravitate, atque majestate reverendus magistratus, eumque ut singulariter sibi à Deo commendatum, meritò honoribus et debitis, atque omnis obsequii cultu prosequi. Contra verò, si vel lenitate ineptâ, vel serendi negligentiæ ingenio, vel prævis moribus,

vel rerum imperitiâ atque imprudentiâ, aut totius denique vitæ cultu contemptus et despectus detur gubernator, debet quidem eum, ut à Deo sibi præfectum, revereri, sed interim apud animum suum existimare, judicareque, eam principis sui sociordiam, cœlestem iram, magnamque communis rei infortunium portendere, ac proinde assiduis precibus divinum numen placare, orareque, Sapientis illius exemplo, qui Sapient. 9 sic deprecatur: *O Deus patrum et misericors Domine, qui hunc populo tuo præfecisti, et judicem filiorum tuorum, filiarumque constituisti, manda è sancto cælo, et à solò gloriæ tuæ assistentem tibi sapientiam, ut illi præstò adsit laborum accipia, eaque illi suggerat quæ tibi sint grata et accepta, nobis verò salutaria, et omninò ipsius actiones prudenter dirigat, quò gratia tibi fiant opera ipsius, nosque tuam populum justè legitimeque gubernet. Imbuè illum, Domine, sanctissimo tuo aëre cœlesti Spiritu, ut nostros mortalium mores corrigat; quò edocti quæ tuæ sint voluntati consentanea, serveantur per tuam, quâ illum informaveris, sapientiam, etc.* Cætera quæ ad hunc versiculum explicandum pertinent, sunt à nobis dicta partim ad versiculum decimum septimum primi capituli, alia ad septimum hujus.

VERS. 15, 16, 17, 18. — *DIXERAT ENIM DOMINUS AD JOSUAM HÆC VERBA: JUBE SACERDOTIBUS, etc.* His quatuor deinceps versiculis explicatiùs narratur, quod undecimo versiculo inchoatum fuerat. Quoniam autem miracillè illustrat miraculum, quod imperatoris jussu sacerdotes, ut ante ingressi in aquas, subito eas divisere, ita egressi rursus committunt, similiter atque in trajectu maris Rubri, Moses suâ virgâ ut aquas ante diduxerat, ita eadem cùm vellet, denudè conjungebat; idè copulam sumus interpretati quasi causalem conjunctionem, enim. Quippe non dubitamus, quin idè, ut ante in aquam pedes mergere, atque in alveo insistere, ita nunc egredi disertè à Josuâ esse sacerdotibus imperatum memoretur, quo res tam admirabiles, dico aquas refrigeratas atque cohibitas, et rursùm laxatas, ipsis auspiciis adscriberentur, tanquam divino nutu consentaneis, ac proinde ipsum omnes, ut Dei consiliarium atque ministrum revererentur. Nam tum quoque demùm Israelitas credidisse Deo et Mosi, narrat sacra historia, cùm hic denudè, protensâ manu, aquas maris, quas ante dividerat, consociasset. Nisi enim et illic Rubri maris, et hic fluminis undæ, quorum

nutu repressæ coactæque adversis suam ipsarum naturam in cunulos constiterant, pro eorum rursus arbitrio solutæ usitato more fluxissent, ingrati homines, et ad detrahendum Dei, ministrorumque ejus laudibus, et gloriæ nimis proni, faciliè rerum illarum eventum, vel ad fortuitum easum, vel ad occultas quasdam naturæ causas retulissent potius, quam ad Dei immensam potentiam, et erga suos munificentiam, studium, providentiam. Nam cùm in fretis etiam, marinisque aestibus accessus et recessus aquarum admirabilitatis maximæ fieri videamus, quos tamen idè non vehementer miramur, quia usitati sunt, statibus observant vices, in istis novis quasi æstibus causarum ignorati nem, et rei novitatem fecisse mirationem dixissent. At nunc erepta cuius omnis calumnix ansa videri debet, posteaquàm in utriusque manu fuisse cognitum est, ut diducere aquas, ita, quo visum esset momento, rursus contrahere. Cæterum ponitur hic iterùm nobis ante oculos, et sacerdotum et imperatoris Josue consultissima modestia, dùm neutri temerè properasse, sed hic Dei, illi principis sui jussa patienter expectasse memorantur.

Cur autem arca vocetur *arca testimonii*, diximus supra. Septuaginta Interpretes uberius hunc locum reddiderunt, *arcam testamenti*, sive federis, *testimonii Domini*, quia, ut ait divus Augustinus, ipsa Mosis lex, quæ eâ capsa servabatur, testimonium erat justitiæ Dei, quæ per fidem Jesu Christi in omnes et super omnes credentes successit.

Porro illud *ascendentibus sacerdotibus*, sive, dùm ascenderent sacerdotes, explicatè redditum à Chaldæo est, *dùm vellet ascendere sacerdotes*, nimirum ut divinum monumentum in sacerdotum pedibus positum, qui arcam sustinebant, exprimeret apertius, à quibus ut vix dùm contactæ aquæ substiterant ante, ita nunc vix ab iisdem liberatæ, profluunt. Sic enim, cuius hic est mentio, continentem significat, hoc est, eam terræ extremitatem, quæ alveo proxima, ab inundante flumine non obruebatur, tegebaturque. Nam aliqui in ipso etiam alveo institerant in sicco, ut supra vidimus. Sed enim, quando jubentur jam sacerdotes, relictâ statione suâ, ascendere è Jordane, non autem transire Jordanem, quis non videat, ipsos in extremâ chanaanici lateris orâ stetisse, ut vel primo passu prolato, primoque facto vestigio novè extra alveum in Chanaanum evaderent? quod ante contendebamus.

Porro cùm dicuntur *revertisse aquæ in locum suum, atque fluxisse, ut ante*, alveo pleno, versimile est, ita moderatum esse Deum immensam illam congestarum aquarum vim, ut nec cum impetu prolaberentur, sed vel paulatim decretescente illo ingente cumulo, vel aliqui Dei nutu sensim evanescente, aut per occultos terræ meatus diducto, nulla admodum major copia apparerit, quam ante inchoatum miraculum. Etenim si semel tanta moles laxata prorupisset, seque profundisset, proci dubio minimè contenta fluminis alveo, omnia longè latèque loca obruisset. Quòd autem dicuntur revertisse aquæ ad locum suum, significat, eas per prona vada descendisse ad Asphaltiten versibus; eò enim tendere ante solebant. Nisi existimare malis, hoc dici, prius retrorsum actas ab arcæ præsentia, quod Davidem eam nunc diximus, nunc prorsùm illuc, quo suapte naturâ dicebantur revertisse.

VERS. 19. — *PORRO POPULUS ASCENDEBAT AD JORDANE DECIMO MENSIS, etc.* Hoc est, populus, cùm trajecisset universus, relicto Jordane secutus est arcam usque ad Galgalâ, atque ibi castra fecit, eodem illo die decimo primi mensis, quem diximus nisan vocari. Quod commodum sanè accidit Dei providentiâ, ut tempus superasset quo se ad Pascha faciendum, per circumcissionem messis arripere, quod festum die decimo quarto ejus mensis agere divinâ lege erat sanctum; nefas enim fuit, non circumcisos Pascha facere, et, nisi sacris illis ritibus expiato numine, bellum chanaanicum auspicari, ut proximo capite dicemus. Ad hoc, agnus ad paschale sacrificium erat hoc decimo die deligendus è grege; quod per iter fieri vix potuisset. De mense primo multa sunt à nobis disputata supra, quibus hoc modò addam, ad primi istius mensis rationem, omnia quæ sacra lege sancita sunt, festa celebrari solere atque etiamnum à Judeis celebrari, quæ quidem celebrantur in exilio, præter jubilei, et anni septimi ceremoniam. Nam, ut temporum omnium rationem supplantat ad mensem, quem ad hoc septimum tisi vocant, ut diximus supra, quòd cum conditi orbis fuisse initium putent, ita et jubilei quoque, et anni septimi; quod quæstas et compendii causâ est à Talmudicis sancitum. Nam si jubileus, et annus septimus, terræ quieti dicatur, à nisan numeretur, necesse esset multos frugum duorum annorum proventus mulari; quando in plebisque regionibus ante eum mensem, quo tempore melenda esset messis anni sexti, illa

haud essent mature; septimo verò toto anno neque metere, neque sementem facere fas esset. Solebant autem veteres Hebræi nulla habere mensium suorum nomina, sed eos ex ordine, primum, secundum, tertium, atque ita denique, dicere. Sed quibus nunc ferè utuntur Judæi nominibus, ea à Persis, Medis, Babylonis in exilio accepere. Quæ causa est, ut in sacris litteris nusquam, nisi in eorum historiis qui post memorabile illud exilium celebres vivere, nova ista nomina appareant, ut apud Zachariam, Daniëlem, Esdraum, Esther. Galgala locus erat ab Jordane versùs occidentem remotus stadiis quinquaginta, ut ait Josephus, decem verò citra Jerichuntem positus. Erant ergo Galgala, ut est in sacris verbis, *in finibus orientibus Jerichuntis*. Mansere autem illic castra multis annis, ut sæpè dicitur. Erat enim locus perappositus, et aquis, ob vicinos undequaque montes, atque etiam Jordanem, et fructibus abundans. Nomen autem Galgal, unde loco manserit, audiemus proximo capite. Nunc enim per anticipationem sic appellatur, ut *Latina littora*, à Poëtâ, *Æneid.* 1, vers. 2.

VERS. 20. — STATUITQUE JOSUA IX GALGALIS DUODECIM LAPIDES ILLOS, etc. Tertullianus opinatus est, lapides istos in ipsâ sacrâ arcâ conservatos esse. Illis enim usus est adversùs Marcionem verbis. Et duodecim, inquit, lapides ab Jesu de Jordane lectos, et in arcam testamenti conditos deprehendo; totidem enim Apostoli portendebantur. At R. Levi F. Gersonis existimat apud arcam quidem, perpetuò esse asservatos, ut cum ter, ut minimum, Israelite quotannis ad eam convenirent, hoc enim lex jubebat, memoriam rei gestæ monumenti presentia omnibus renovaret; cæteroqui in ipsâ arcâ apud manna, et Aaronis virgam minime fuisse locatos contendit. Neque enim id dicere sacram narrationem, neque etiam consentaneum fuisse, ut ista monumenta consimili cum illis mosaicis honore dignarentur, omnium divinissimis. Ad hoc, in manâ atque illâ virgâ perpetuum fuisse miraculum, cum illud nullâ solis vi aut temporis diuturnitate dissiparetur, aut computresceret, hæc semper amigdalis fecunda esset; at lapidibus nihil miratione dignum ipsi quidem accidisse, sed admirabilis rei monumenta eos fuisse modò. Denique majora verba ista duodecim saxa, quam pro sacræ capsæ spatio. Sic ferè Levi Gersonis. Ego verò, quia statuisset eos imperator memoratur in Galgalis, non apud sacrarium Dei, puto esse verissimillimum, in Galgalis positos mansisse, ut

loco et celeberrimo, et flumini vicino, ad quod illa maximæ admirabilitatis res, cujus ipsi memoriam conservare debebant, patrata à Deo fuerat. Et verò divus Hieronymus in Paulæ Epitaphio dicere videtur, eos etiam tum in Galgalis visi solere. Et quod nunquam satis magno delect esse argumento, perspicue apparet ex sacris verbis, illos non temerè esse in Galgalis depositos modò ex numeris bajulorum, sed ab ipso deinde imperatore statutos, numerum spectabili quodam situ, quali status statuere est moris, atque ut primo quemque aspectu admonerent, insignis alicujus se rei notas esse. Quin religiosam quoque veluti dedicationem consecrationemque esse adhibitam, probabilis conjectura ex concione dicitur, quam imperator, cum illos statuere, habebat ad populum. Sequitur enim in sacro textu

VERS. 21, 22, 23. — ET AIT AD FILIOS ISRAEL, DICENS: QUANDO INTERROGABENT, etc. Eisi non dissimilis sit ista concinacula, à superiore illâ, quam versiculo sexto et septimo commemorari audivimus, diversa tamen est. Nam illa, dum tollerentur lapides, et potissimum ad ipsos duodecim bajulos habebatur; hæc verò cum ab imperatore illi statuuntur, et ad populum universum. Sed quando utriusque adhortationi eadem una est sententia, nihil opus est explicare denotò. Vetat quidem sacræ lex, statuas ponere, sed ita ut divinam apud populum habeant venerationem, eamque ille ad ipsas adhibeat reverentiam, quæ uni Deo debetur, et adoratio à theologie vocatur. Sed de sacrarum rerum monumentis satis multa diximus supra. Cæterùm ex his verbis, quæ ad populum facti imperator, apparet, saxa ista præcipuè quidem exsiccati Jordanis, propter similitudinem tamen atque convenientiam, siccati etiam maris Rubri fuisse monumenta, cum lujus ostenti, quod tamen omnibus scealis esse celeberrimum oportebat, nullum exstaret usquam aliud signum, nisi illud signum, quod Moses divino suo carmine posuerat, quo sancti nullum neque illustrius, neque diuturnius ejusmodi hominis industria potuisset efficere. Cur autem nullum apud mare illud saxum poneretur monumentum, diximus, nisi me fallit memoria, ante. Nempe illa loca erant mansura sola, cum Ægypti etiam nomen deberet Israelitis triste ac detestabile videri, ne dum ut illic sæpè redirent.

Porro quod de mari Rubro ad presentes loquitur illis verbis, *quod nostrâ causâ, sive, à facie nostrâ, exsiccaverat, donec transissemus*, quorum, ut credibile est, pars longè maxima

non transierat exsiccatum mare Rubrum cum post natum essent in deserto, illi verò qui transierat perique concidissent, nefario rebellionis crimine obstricti; quod, inquam, sic loquitur, idè facit, quia intelligebat divinus homo, Dei beneficia non ad eos solos pertinere, qui illorum temporum æquales iis presentes afflicti sunt, verum ad omnem æquo posteritatem. Hoc enim ita esse, quis non videat, cum jubet populum his uti olim verbis apud suos nepotes: *Exsiccavit Dominus Deus vester aquas Jordanis, propter vos, donec trajecissetis?* Neque enim nondum nati, nisi in parentum lumbis, ut alibi in sacris litteris est, trajicere poterunt. Ea igitur ratio est, cur nullo discrimine, nunc prima personæ, nunc secunde utatur pronomine. Parùm enim plene, mihi certè, sensa sacræ Scripturæ videntur exponere, qui censent, de Jordanis trajectu dictum esse *vestrâ causâ*, sive propter vos; de Rubri maris verò, *nostrâ causâ*, quia Jordanem siccatum transierant omnes, ad quos ista verba fiant; mare verò Rubrum, patres, in quorum numero is erat, qui verba faciebat. Sed pergamus.

VERS. 24. — UT AGNOSCRENT OMNES POPULI TERRE MANEM DOMINI, etc. Duplicem ostendit divini consilii, in patrandis miraculis, atque ostentis, scopum: alterum, ut omnes mortales agnoscant propitius veri Dei inevitabile potentiam, eoque ad credendum in illum inducantur; alterum, ut credentes religionem pietatemque adhibeant ad illum majorem. In utroque autem abundantia duarum præcipuarum Dei virtutum cernitur, misericordie, et justitie, quæ in divinâ illius procuratore salutis hominum primas partes agunt. Nam quòd omnes homines ille cupit, agnitâ veritate, salvos fieri, est id quidem ejus divinæ misericordie. Sed cum eam veritatem, atque adeò semetipsum, quatenus quidem à mortalibus cognosci potest, hoc est, sempiternam suam potentiam, divinitatemque, omnibus semel patefecerit, per contemplationem videlicet lujus rerum universitatis, quam et condidit, et deceps certis et perpetuis naturæ legibus gubernat, eoque satis magnam sui amandi

CAPUT V.

1. Postquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum qui habitabant trans Jordanem ad occidentalem plagam, et cuncti reges Chanaan qui propinqua possidebant Magi maris loca, quòd siccâ-

colendique (in quo absoluta justitia et radix immortalitatis, atque omnino beata vita est posita) ansam omnibus dederit, non potest profecto non censeri summa misericordie abundantia, quòd insuper usitato illo, et perpetuo conditurum à se rerum cursu subinde mutato, aut flexo, socordes mortalium animos excitare, atque ad suscipiendum vel sic tandem in celum compellere ipsos dignetur. Jam verò ex contrario, cum ignorantis excusationem non habeant, quæ meritas penas effugiant si qui ex illâ mundi creatione, gubernationeque cognitum Deum, non digni ipso gloriâ, gratiæ pietate prosequuntur, sed quos creatori debeant honores, eos rebus ab illo creatis reddunt, quomodò non longè justissimæ ejus ire supplicium dare eos existimabimus, qui ne per hujusmodi quidem inusitata et insignia miracula, atque ostenta expergefacti, insipientis sui animi cæcæ caliginem discerpent, Dei que cognitione illâ rectè uti, in animum inducunt? Neque verò non eadem ratio est eorum, qui allatu atque illustratione Spiritus sancti, bonum Dei verbum sunt jam fide semel amplectati. Nam etsi ejus verbum vivum sit, atque efflax, et omnino ejusmodi, ut per occultam, que in eo est, celestis Spiritus efficientiam, ipsum abundè satis esse illis deberet, ad affirmandam stabilendamque fidem in Deum (hoc enim illud est quòd canit sacer vates psal. 119: *Profebor te sincerâ mente, cum didicero leges justitie tue*), tamen inusitatis sæpè prodigiis, atque miraculis insuper sua illa effata comprobare, et credentium fidem fulcire atque adaugere non desinit. Nimirum ut pro immensâ suâ clementiâ illos sibi arctius atque arctius conjugat, obligetque. Sin autem istâ etiam tam paternâ benignitate spretâ, aut certè neglectâ, fidem fallant, justiore iudicio damnantur. Porro quòd reddidi, *timeatis*, est in Hebræo periteritum modi finiti, *timuistis*. Sed talis enallage et temporum, et modorum frequentis est in sacris litteris. Timoris autem vocabulo, cultum omnem atque religionem adversus Deum significari in veteri Testamento alibi à nobis explicatum est.

CHAPITRE V.

1. Tous les rois des Amorrhéens qui habitoient au-delà du Jourdain, du côté de l'occident, et tous les rois de Chanaan qui possédoient le pays le plus proche de la mer Méditerranée, appelée la grande mer, ayant appris que le Seigneur avoit séché les eaux du Jour-